


340,42 1-4

H. Sax. D
340,42 [1-4]

LUCTUS,
 QVO
 OBITUM BEATISSIMUM
 FOEMINÆ CLARISS. ET PIENTISSIMÆ,
MARIÆ ELISABETÆ
 SIMONIAÆ,
 VIRI
 NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET EXPERIENTISSIMI,
 DOMINI
D. GOTHOFREDI
 VVIESNERI,
 in *Nickern* TOPARCHÆ, ARCHIATRI
 ELECTORALIS MERITISSIMI,
 UXORIS DESIDERATISSIMÆ
 d. XXIX. JUN. MDC LXXXIV.
 PROSEQUUNTUR
CRUCIANI
 COLLEGÆ.



DRESDÆ,
 LITTERIS, CHRISTOPHORI BAUMANNI.



*Clipsis Luna fuit, & lectissima conjux
Viesneri occubuit. Quam rubet illa polo!
Pallidus at Phœbus. Luget Viesnerus, & atram
Conditur in nubem, quod dolet usque, Caput.
Obscura nitidum sicut ferrugine vultum,
Dum sua signa dabit, Sol teget ipse brevi.
Mœsta domus, mœsti nati, simul omnia mœsta,
Orbat enim fida mors fera Matre lares.
Mille pios tangunt mala, vix sed acerbior ullus
Pectora quam viduus qui coquit agra dolor.
Imprimis quibus haud fallax innata medullis
Est storge, lacrymis ora sinusq; replent.
Hinc tibi, qui Dresda Podalirius atq; Machaon,
Quis fletum vitio vertere jure queat?
Tu Titan domui, vel nutu plena Selene
Quam rexit radiis irradiata tuis.
Sed cadit & pluviâ medio ciet undiq; Phœbe
Æstu, qua nimbis fervere cuncta facit.
Numinis ista fuit semper benedicta voluntas,
& factum est. Oritur quicquid, idem moritur.
Gallica finitimos dum nunc incendia terrent,
& ferus ad portas Hannibal hostis adest,
Lumine perpetuo fulget nova Luna, subinde
cui sine tot maculis lucidus orbis erit.
Pectore propterea forti Viesnere dolorem,
& cœlo impositum fer patienter onus.
Arbitrio Jovæ pendet mors vitæque; Sanctum
Illius haud ullo tempore velle malum est.
Cum Nato & Nata servet simul ipse Parentem,
& Vidui viduâ pectora nocte levet.
Quo ponas lacrymas, quo mœsta querela quiescat,
Quo celebres laudes, tempus in omne, DEI.
Gaudet in Elysiis felix Viesneria pratis,
Cynthia dum splendet Solis utrâque domo.*

Leniendi doloris ergo Patrono
magni æstimando

P.

JOH. AUGUSTINUS EGENOLFUS,
RECTOR.



WIESNERE prolem Tibi dat suavissima
conjug,

Mox animam coelo reddit & ipsa suam,
Latitia & luctus mentem sic obruit, agram
Erigit, oppugnat spes, dolor atq; metus.

Quid facias? aequo facile haud est Morte duobus
Certare: Herculeo durior iste labor.

Abstulit atque dedit Dominus! vox una superfit:
Quam bonus & clemens, fac meminisse queas.

M. Joh. Valent. Merbitz,
CON-RECTOR.



T fluctum fluctus; luctum sic luctus adauget,
Nec tamen idcirco mens tremefacta perit.

Erigit ipse DEUS nimirò mœrore refertos,
(*) Atque hos æternâ prosperitate beat.

Hoc Tecum reputes, Venerande Patrone, Beatos
Lugentes inter mox recreandus eris!

(*) *Mattb. V. v. 4.*

Ἐτεολογία.

EXEMPLI rari CONIUG InCLUSA sepVLChro est,
CVIVS Vita VIGENS LVX pletate fVlt.
QVISQVIS es, eXVIIIS, reqVIEM hls Ibi VblqVe VoVeto,
QVI Vls paCe Dei post pla fata frVI.

Levando luctui

Mæstissimi Vidui, Patroni Optimi

app.

M. JOHANNES Frenzel/
Cruc. Coll. Tertius.



Sic sua WIESNERO non rident prata; co-
loris

Ut perdit roseos terra perusta suos.
Depluat & grato cor Spiritus irriget imbre:
Inter nos Virtus floreat usq; SUÆ.

JACOB Beutel/ Cant.



Ultis servasti vitam, *VVIESNERE*, Machaon
 Inclyte, cur *COSTÆ* pellere fata neqvis?
 Sic placuit *DOMINO*, sic ejus facta *Voluntas*;
 Aspera sit quamvis, est tamen usq; *Patris*.
 Esto! perennantem *TUA* vivit in æthere vitam:
 Desine ploratus, desit *Illa* mori.

DANIEL Köhler /
 Lyc. Cr. Coll. V.



Efunctam meritò lugens, *VViesnere*, Maritam,
 Qvam thalami sociam junxerat ante *DEUS*.
 Chara *MARITA* fuit, sed *JOVÆ* charior, indè
 Tàm subito Mundi cladibus eripuit.
 A Dominò factum: Placeat divina *Voluntas*.
 Nam factum infectum reddere nemo valet.

f.

Georgius Henricus Nähler /
 Lyc. Dresd. Coll. VI.



Als ist allhier der Menschen kurzes Leben/
 Nichts als ein Rauch und Dampf / der
 bald zerrint/
 Drum thut der wohl / der sich *GOTT* hat ergeben/
 Der sich mit Ihm durch Lieb' und Treu verbindet/
 Der stirbet wohl / wer dieses hat bedacht/
 Und auf der Welt sonst nichts / als diß / geacht.

Joh. Jacob Beutel /
 Al. Reg.



